

Alius inuidio deponit pro...

quasi ipse sit insipiens. Primi inuidia liuore aestu...

Hieron.

Cyprian.

95.

Iniqui non videntes...

Tertio. Hi primi vinea operarij cum viderent...

96.

Hieron.

Quarto. D. Hieronymus in presenti notat...

Dolet homo cum videt...

97.

Senes graui...

Quinto. Primi operarij non obtrebant contra...

Scribit Ioannes in Apocal. 12. num. 9. Proiectus est...

98. Apoc. 9.

Antiquitatis prerogativa...

Basil.

99.

Ioan. 3.

Math. 3.

Antiquiores dolent de...

Abulen.

100.

Chrysol.

Ex antiquitate...

101.

Hilar.

101.

D. Pascha

QUESTIO XVI.

Quare primi operarij obmurmurant de mercede...

Hanc obmurmurationem superbia Iudaeorum...

Paschal.

102.

Gregor.

Hugo. Chrysol.

Abulen.

103.

Abulen.

104.

Chrysol.

Valde difficile...

Gregor.

Augult.

Osca 13.

Cyrill.

105.

105.

Hilar.

D. Paschasius lib. 9. in Matth. tamen secundum...

Ad nostram quaestionem respondet primo...

Secundo. D. Chrysolomus in Imperfecto...

Tertio. Iuxta D. Basilium, D. Chrysolomum...

Sylueira in Euang. Tom. IV.

Theophyl. Iuxta priorem interpretationem...

Theophyl.

In iuuentute...

106.

Psal. 128.

Hieron.

Caictan.

Superare via...

Zeno.

107.

9. Reg. 10.

Ait Dauid Psalm. 128. n. 1. Sape expugnauerunt...

Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes...

quod vellet, non affluentia bonorum, non regna, sed sapientiam postulauit. Dabis seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, 3. Regum 3. num. 9. Et inde valde stupendum est, quod adulescens conculcans delicias purpuræ, ac ætatis, totus in populo iudicando, ac exercitio doctrinæ incumbeter. Abulens. propositæ quæstioni satisfaciens ad lib. 2. Paralip. cap. 19. quæst. 15. ait: Salomon erat inueniens, et in tali ætate non solet hominibus matura aduenire sapientia.

Matth. 10. At ille respondens vni eorum dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum?

Num. 14. Tolle quod tuum est: volo & huic nouissimo dare, sicut & tibi.

Num. 15. Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

VERSIONES.

Syriacus n. 13. Ait vni ex eis: Mi socie iniqus non sum in te, nonne denario factus es mecum?

D. Augustinus Sodalit, non feci tibi iniuriam. serm. 59. de verb. Dom.

Origen. tr. 10 Ad denarium conuenisti in Matth.

Syriacus n. 14. Accipe quod tuum est, & abi.

Vatabl. n. 15. An non licet mihi, quod volo facere in rebus meis? Num oculus tuus malignus est, quia ego benignus sum.

Syriacus. Nonne mihi licet, quod volo facere de iis, quæ ad me pertinent? An oculus tuus malus est, quia ego bonus sum?

EXPOSITIO VI.

308.



Aille: Paterfamilias, respondens; murmurationi obiectæ, licet friuola satisfacti. Vni eorum dixit. Respondit vni pro omnibus, vel fortasse, quia iste præ cæteris vehementius murmurabat, ac vocem extollebat. Carthusianus sub hoc vno intelligit protoplastum. Amice: proprie ex Græco, vt notat Lucas Burgenf. sodalem significat, quo frequenter, vt notat ipse, hominem ignotum compellere solemus. Non facio tibi iniuriam. Nam vt ait Hugo, ex D. Chrysoft. De dato eius nemo murmurat iuste, quia amplius dat, quam omnis homo desiderat.

309.

Tolle quod tuum est, quod sub pacto, ac conuentione tibi promissu, & reddidi. Vade. Nihil tibi

amplius mecum est negotij. Moraliter Glossa Interlin. Hugo hoc verbo, vade, æternæ damnationi operarios adscribunt, ait ipse: Tolle, id est, tollens quod tuum est, scilicet pœnam æternam, quam meruisti; vade, id est, vades in ignem æternum. Quia tamen per denarium ex communi Interpretum sententia denotatur æterna vita. Ideo aptius D. Remigius, D. Thomas ad æternam beatitudinem referunt. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. D. verò Hieronymus apud Hugonem ad homines viatores: Vade, inquit, id est, perseuera in adeptæ iustitia. Ac si Paterfamilias admoneat, quod accepto denarii merito, & Dei amici glorioso vocabulo, maxime caueat homo ne leuiter delinquat; nam multiplex leue delictum non leuiter ad graue peccatum disponit. Vnde ait D. Augustinus tract. 12. in Ioan. Minuta peccata, si negligamur, occidunt: minue sunt gutta, quæ flumina implent.

An non licet mihi. Non est mihi liberum, quod volo facere. Græcè, ac Syriacè additur, de rebus meis, vt etiam interpretatur D. August. serm. 59. de verbis Domini, An oculus tuus nequam est. Oculi nequam, id est, inuidia affectus; inuidia apparet in oculis, inuidus enim non valet alienum bonum æquis oculis aspicere; nec phrasia Hebraica, oculus nequam, seu malus, id est inuidus, similis est loquendi modus, Prouerb. 23. num. 6. Eclesi. 14. num. 8. & 31. num. 14. Marc. 7. num. 22. Quia ego bonus sum, id est, tu inuidus es, quia ego huic benefaciens bonus sum, seu tu inuides, quia ego meam benignitatem erga eum ostendo.

QVÆSTIO XVII.

Quare Paterfamilias murmuratorem amicum appellat?

Q VAMVIS operatio murmuratio est valde friuola, & inepta, tamen Paterfamilias noluit sua potestate retundere, sed ratione eam diluere, ac compescere. Cum Deus gloriatur de probitate, ac iustitia Iob ait illi Satanas: Nonne in vallasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum; extendi paululum manum tuam, et iunge omnia, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Cui statim ait Deus: Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt, Iob 1. n. 11. Bene sciebat Deus exitum Iobi sanctitatem, malignaque esse demonis verba; ad quid permittit Iobum in manu Satanae, vt multis laboribus, ac pressuris affligatur. Potuit Deus supra sua potentia silentium imperare Satanae. Voluit tamen tanta sibi ætymna eius dicta comminuere; vt ipse Satanas manifesto experimento cognoscat nequitiam suorum verborum, & Iobi probitatem.

Quæstio inquit. Cur Paterfamilias hunc murmuratorem amicum appellat? & vt bene notauit Abulens. quæst. 32. Primò ei loquitur blandè; secundo iuste; tertio durè, & increpatoriè; & conuenienter procedit ad hoc vt ostendatur, quod non mouebatur ex ira, sed ex ratione. Primò vocauit amicum, quod blandum est, & ad affectionem pertinet. Secundò defendit se rationaliter contra eum dicens: Non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conuenisti mecum? Tertio durè loquitur vocando eum malum, & iniustum. Oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum.

Ad

EXPOSITIO VII.



IC erunt nouissimi. Ecce conclusio totius parabola, cuius finis est ostendere mercedem vitæ æternæ non correspondere diuturnitati temporis, sed labori, ac operi ex

Dei gratia, fieri enim potest, vt quis breui tempore plus mereatur, quam alius longo tempore. Consummatus in breui expleuit tempora multa, Sapient. 4. num. 13. Sic erunt primi nouissimi. Auditor Imperfectus homil. 34. Lyan. Abulens. & alij dupliciter interpretantur. Primò dicunt appellari primos Iudæos, nouissimos verò Ethnicos. Nam Iudæi fuerunt primi vocati, cum tamen Iesum Christum verum Messiam non recepissent, facti sunt nouissimi; vt dixi quæst. 1. Secundò per primos, & nouissimos intelligunt Gentiles conuersos ad fidem; ex quibus multi hic videntur primi, qui in vita æterna erunt nouissimi. Multi sunt vocati, pauci verò electi. D. Gregorius homil. 19. in Euangelia, sic explicat: Quia ad fidem multi veniunt, et ad celeste regnum pauci producuntur. Eodem modo Interlin. D. Paschasius, D. Thomas, Carthusianus, Euthymius: Multi sunt vocati ad fidem, pauci acquiescunt. Beda, Haymon, Zacharias Episcopus: Multi sunt vocati per fidem, pauci verò electi per operationem.

Tamen maxime est aduerendum, quòd Christus in textu posuit illam particulam, enim, dixit: Multi enim sunt vocati, &c. quæ causam indicat, ac proinde sic est explicandus textus, vt causa reddatur. Illa verba erunt; primi nouissimi, &c. ad Iudæos, & Christianos possunt extendi. Dixerat Dominus magnum præmium consequuturos esse illos, qui omnia sua propter eum reliquerunt. Et addidit deinde: Multi erunt primi nouissimi, et nouissimi primi, id est, multi, qui in hoc mundo primi videntur, vt Iudæi ferunt, quibus specialiter Messias promissus est, & etiam vt sunt multi ex vocatis Christianis, qui dignitate, potestate, ac honore præcellunt, erunt nouissimi, quia à cælesti beatitudinis præmio excludentur, tanquam si dicat Christus Dominus, non miremini primos fore nouissimos, & nouissimos primos, cum multi sint vocati, pauci verò electi; proindeque ceteri omnes damnandi, quod magis mirandum, ac horrendum est. Hinc Arabicus vertit: Quam multi sunt vocati, pauci verò electi! Ac si verba essent dicta quasi per modum exclamantis, admittantis, ac miserentis multitudinem vocatorum, paucitatem verò electorum.

QVÆSTIO XVIII.

Quare electi dicuntur pauci, cum de illis testetur Angelus in Apocalypsi esse turbam magnam, quam denumerare nemo potest?

VBIUM excitat Carthusianus, quomodo nam dicantur electi pauci, cum de eis decantetur Psalm. 138. num. 18. Dinumerabo eos, et super arenam maris multiplicabuntur. Et in Apocal. 7. num. 9. ait Ioannes: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat? Respondet ipse Carthusianus, quod pauci sunt electi comparatiuè, ac relatiuè ad reprobos, vel

113.

Matth. 26. Matth. 22.

2. Reg. 24.

4. Reg. 20.

Ion. 3.

Hieron.

114.

Vera amicitia corrumpit.

115.

Abulens.

Reprehensio absconditur lenitate verborum.

116.

2. Reg. 12.

Chrysoft. Abscondit reprehensionem lenitate verborum.

Ad quæstionem respondeo. Primò. Paterfamilias murmuratorem amicum vocat, oderat enim in illo murmuratoris defectum, naturam verò diligebat. Hinc peccatores frequenter amicos appellat. Ad Iudam dixit. Amice, ad quid venisti? Matth. 26. num. 50. & ad alium: Amice quomodo huc intrasti? Matth. 22. num. 12. Rigidam pœnam minatur Deus Dauidi, 2. Regum 24. num. 13. & Ezechiæ 4. Regum 20. num. 1. & Niniiuitis Ion. 3. num. 4. & pluribus aliis peccatoribus, tamen prædictas pœnas multa facilitate reuocauit; vnde tanta facilitas? Deus non irascebatur in peccatores, sed in peccata, vnde extinctis peccatis quieti diuina indignatio. D. Hieronymus in cap. 4. Danielis ad finem; quærens cur Deus erga homines penitentes tam facile suam iram depofuerit. Neque enim, ait, Deus hominibus, sed vitijs irascitur, quæ cum in homine non fuerint, nequaquam peccat, quod mutatum est.

Secundò. Cum eum corrumpit, & emendat, amicum vocat; correctio enim veri amici nota est. Amicum appellat, cum eum seuerè increpat, vera enim amicitia correptionis munus non respuit; verè enim amicus, qui durè corrigit, dum correctio necessaria est: inimicus autem, & hostis censeendus, qui adulatur, atque blanditur. Vide supra cap. 6. num. 32. & cap. 11. num. 27. & 28. & 29.

Tertio. Abulens. quæst. 32. Sicut circa operarios vnde circa horæ ostendit liberalitatem ultra meritum tribuendo: ita & circa murmuratores ostendit clementiam, benignitatem, & lenitatem eis blandè respondendo, cum posset iuste eos rigide increpare. Addo etiam quod ita blandè Paterfamilias eum alloquitur, Amice, vt etiam inuoluntè secum suam seueritatem asportet, oculus tuus nequam, sic reprehensio in exordio flore, ac melle cõpõsita, appareat, vt intus seueritatis rigor lateat.

Missus à Deo Nathan reprehensus Dauid, regem salutat, & proposita parabola diuitis rapientis ouem ex pauper vicino, regium animum soporat in criminis vindictam. Ad quid tempus in parabolis enarrandis conterit? Cur statim in eum non inuehitur, eumque de tanto crimine, ac scelere arguit? Sapientissimè quidem sic rem ordinat, vt lenitatem verborum obiciat, & nacta occasione seueritatis ferrum euaginet, dicatque ei: Tu es vir ille, 2. Regum 12. num. 7. Sicque oleum suauitatis præmittit, vt minus sentiatur vulnus inferendum à seueritatis ferro. Pulchrè D. Chryfostomus in Psalm. 50. serm. 11. de ipso Nathan sic fatur: O sapientia medici, ait, intravit portans gladium, vt secaret vulnus, sed infirmitatem non ostendit, ne abhorreret medicinam. Abscondit de vultu ferrum, non sub vestimento, sed sub velamine narrationis. Statim enim vt introiit, non dixit: ò inique, ò im-munde, ò adulter, ò homicida, non vsus est munda coargutione, non causa iactauit fiduciam, sed erat ferrum absconditum.

Matth. 10. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

VERSIONES.

Vatablus. Sic erunt postremi primi, & primi postremi. Arabicus. Quam multi sunt vocati, pauci verò electi. Sylueira in Euang. Tom. IV.

Glossa. Hugo.

Remig. D. Thom. Hieron.

Leue peccatū ad grauius disponit.

August.

110.

August.

Prou. 23.

Marc. 7.

Iob 1.

111.

Murmurato-ribus etiam iniqvis satisfaciendum.

112.

Abulens. Ordinatè procedit in reprehensione.

117.

Sap. 4.

Imperfect. Lyan. Abulens.

Gregor. Interlin. Paschas. D. Thom. Carthuf. Euthym. Beda Haymon. Zachar.

118.

Explicatur causalit in textu.

Arabic.

119.

Carthuf. \*Psalm. 138.

Apoc. 7.

HHh 3

etiam